

- 1 Huius Hercyniae silvae,
- 2 quae supra demonstrata est,
- 3 latitudo novem dierum iter expedito patet:
- 4 non enim aliter finiri potest,
- 5 neque mensuras itinerum noverunt.
- 6 Oritur ab Helvetiorum et Nemetum et Rauracorum finibus rectaque fluminis
- 7 Danubi regione pertinet ad fines Dacorum et Anartium;
- 8 hinc se flectit sinistrorsus diversis ab flumine regionibus multarumque gentium
- 9 fines propter magnitudinem attingit;
- 10 neque quisquam est huius Germaniae,
- 11 qui (se aut adisse ad initium eius silvae) dicat,
- 12 cum dierum iter LX processerit,
- 13 aut
- 14 quo ex loco oritur,
- 15 acceperit:
- 16 (multaque in ea genera ferarum nasci) constat,
- 17 quae reliquis in locis visa non sint;
- 18 ex quibus,
- 19 quae maxime differant ab ceteris et memoriae prodenda videantur,
- 20 haec sunt.